

Q. D. B. F. F. Q. E. J.

SOLLEMNIA

OFFICIORUM PUBLICORUM

SEMISAECULARIA

A. D. V. CAL. MAJ. MDCCCLXV

LAETISSIME CELEBRANDA

AENOTHEO MUELLER

DOCTORI THEOLOGIAE

PRAEPOSITO CONVENTUS DIRECTORI GYMNASII ET PAEDAGOGII IN COENOBIO BEATAE VIRGINI SACRATO APUD MAGDEBURGENSES
EQUITI PERILLUSTRI VIRO AMPLISSIMO DOCTISSIMO HUMANISSIMO PATRIAE AMANTISSIMO RECTORI SPECTATISSIMO
MAGISTRO EGREGIO DECORI AC PRAESIDIO STUDIORUM

PIE GRATULANTUR

GYMNASII REGII HENNEBERGICI SILUSIENSIS

PRAECEPTORES.

GOTHAЕ

TYPIS DUCALIBUS ENGELHARDO - REYHERIANIS.

A. MDCCCLXV.

1847

SOLENNIA

OFFICIORUM PUBLICORUM

SEMINARII

A. D. F. CAL. MAR. MDCCCXLVII

PAULUS GILBERTUS

ANOTHEO-MUELLER

PROFESSOR PRAECEPTOR

PAULUS GILBERTUS

JOHANNES REGI HENZBERGERI SILVENSIS

PAULUS GILBERTUS

GOTTAT

PAULUS GILBERTUS

PAULUS GILBERTUS



Qui tot virorum tempora cinxeris
Carptis coronis Aonidum ex jugis,
Ipsum hoc die Divae coronant
Teque colunt, pia turba, amicum.

Expleta nam post lustra decem bene
Relucet Eos clara eadem Tibi,
Vitae fores laboriosae
Quae juveni reseravit acri.

At non molesti nec sine gloria
Erant labores eximia Tui;
Et sideris modo micantis
Nomen honosque Tuus renidet:

Sive ipse fontem Castalium bibis,
Dulces juvat Te seu modularier
Sonos Apulici poetae
Davidicosve pios gravesque.

Nec non acumen grammaticae Tuum
Obscuriori lumina praebuit.

Sed majus est scholis tot annos
Nobilibus bene praefuisse.

Bis Albis annis ceu patrius Tua
Gavisus est cura atque fide proba,
Et ingeni suas palaestras
Crescere provehierque vidit.

Nam dux juventae strenuus et catus,
Justus piusque et propositi tenax
Firmare mores disciplina,
Seis pietate animos replere,

Et litterarum lumina splendida
Fundens adornare ingenia optime
Pulcrisque nobili bonique
Imbuere egregiisque sensu.

Sic et diu Te propitius Deus
Servet robustum fortis et ingeni,
Decus scholae, exemplum magistris!
Macte, colende senex, salute.

VIRO AMPLISSIMO ERUDITISSIMO EXPERIENTISSIMO

AENOTHEO VUILHELMO MUELLER

THEOLOGIAE DOCTORI

COENOBII B. V. APUD MAGDEBURGENSES PRAEPOSITO

PAEDAGOGII IN EODEM COENOBIO CONSTITUTI DIRECTORI

AQUILAE RUBRAE CUM LEMNISCO EQUITI

QUINQUAGINTA ANNOS

IN PUBLICO MUNERE FELICITER EXACTOS

A. D. V. CAL. MAJ. A. P. CHR. N. MDCCCLXV

PIO GRATOQUE ANIMO GRATULANTUR

GYMNASII TORGOVANI

PATRONI ET MAGISTRI.

Nunc quidem Te, Vir Summe, Parthenopolis habet, sed ante habuit Torgova. Hic magistri munus abhinc quinquaginta annos rite suscepisti, hic tricesimo aetatis anno rectoris dignitatem consecutus es, hic octo et viginti annos, at quantam vitae partem, exegisti. Dimisit Te ad ampliora munera devocatum Torgova, sed dimisit ne suus esse desineres civitate donatum. Neque id immerito. Suspiciunt qui nunc Te habent summam quae in Te est doctrinae copiam, admirabilem animi vigorem et constantiam, indefessam in maximis minimis industriam, egregiam simplicitatem et verborum veritatem merittissimumque Te uno ore praedicant. Non alium Te olim Torgovae praebuisti, non aliter tum cives magistri discipuli senserunt. Promptam paratamque habuisti doctrinae copiam, sapientissime monstrasti studiorum rationem, strenue et impigre mores tuitus es et disciplinam, unicuique apertus ab omnique simulatione alienus affuisti consilio, omnibus denique

officiis satisfacisti religiosissime. Atque mirifice Tuis auspiciis
effloruisse gymnasium, quum hinc discessisti, una fuit et con-
sentiens vox. Nec post discessum abolevit Tui memoria,
immo vivam grato animo et tenuerunt et tenent Torgovani.
Quoniam annum jam alterum et vicesimum absens noster esse
non desisti, est profecto, est cur Tibi hunc diem laetissimum,
quem post tot annorum laborem videre insigni Dei beneficio
Tibi contigit, civi cives magistro magistri pie gratulemur
bonisque votis prosequamur. Quid sit vires alere, magnum
Tu dedisti documentum, qui plus septuaginta annorum non
fractus corpore non satiatus animo juvenili robore et ardore
ipsos juvenes aequiparas: salvus et validus esse pergas, ad-
jicias peractis decem lustris multos annos, prospera omnia
Tibi Tuisque contingant. Quod utinam Deus Optimus Maxi-
mus faciat. Vale et nobis fave.

Fons est aquarum valle Bohemiae
Sanequam amoena vel procul inclutus,
Venator olim quem scatentem
Rex Carolus reperisse fertur.

Hunc si bibant, qui renibus, hepate,
Exitis laborent, esse perutilem
Testes, quotannis qui salutem
Undique eo coeunt petentes.

Tu gratus illinc, candide et impiger
Rector scholarum, sponte fatebere,
Muellere, multum sublevatus
Saepius ipse domum redisti.

Dulce atque pulchrum, quod deus optimus
 Infirmiorum corpora viribus
 Sic recreatis integrisque
 Convaluisse jubet benigne.

Sed nonne nobis pars melior data est?
 Ornare mentem, largiter ingeni
 Augere vires, expedire,
 Denique reddere praestat aptas

Rebus gerundis fortiter. An decet,
 Natura dotes quas dedit insitas
 Mortalem omisso omni pudore
 Pro nihilo male sanum habere?

Sunt, sunt perennes, ex quibus haurias
 Fontes, redundant ubere copia,
 Quis usa reclusis habebit
 Munera mens peritura nunquam.

Musis amicum Grajugenum genus
 Ac stirps ferocis bellica Romuli
 Saeclis reliquerunt futuris
 Quot studio monumenta digna!

Princeps Homerus ducit et agmine,
 Cui fulgurantem signifer ut bonus
 Praefert facem, longo sequuntur
 Pindarus aureus Aeschylusque

Sollers et audax cum Sophocle gravi,
 Longe eminentes, Herodotus probe
 Rerum peritus, dein Platoque
 Divus Aristotelesque prudens,

Demosthenes post hos, Cicero quoque,
 Par eloquens, tum suavis Horatius —
 Quid multa? Qui palmam tulere,
 Ordine vel numerare longum est.

Altae hi magistri sunt sapientiae:
 Ex his petendas esse animis bonas
 Fruges, beatam si quis optet
 Vitam agere, his opus esse constat.

Visum et Tibi sic, Misnia testis est
 Altrix Tui olim laetaque concinit
 Torgova, multos quae per annos
 Te celebrem coluit magistrum.

Nam quod, quem amabas, Hesiodus canit,
 Sudore virtutem ab superis dari,
 Incessit ingens Te cupido
 Hoc operae pretium ferendi.

Versare libros nocte dieque jam
 Sudore dignos haud manus abstinit:
 Lenimen unum est, solus ardor
 Artibus ingenuis vacare.

Tantique deinceps propositi tenax,
 Albis retentus fluminis accola,
 Ut Te paratum misit Afra
 Ac docuit Viteberga mater,

Dux et magister, sede domestica
 Mox collocata, strenuus ac gravis
 Quae digna cognosci videntur
 Quaeque decent juvenes docebas:

Ex quo fuisse in deliciis Tibi
 Summis, alumnos ducere sedulo
 Fontes ad istos et vias his
 Non facile aut cito eo ferentes

Monstrare, quis non viderit ex Tuis?

An fugerit quem, ut semina sparseris

Fecunda recte Tu subactis

Mentibus et similis colono

Ut cognituris tum segetes bene

Laetas pararis, qui Theopompus ut

Tendebat, hunc frenis coërcens

Aut Ephoros stimulans inertes?

Nutrire grates par Tibi debitas

Aequumque, quotquot discipuli pii

Te tam fidelem tamque navum

Atque tuos recolunt labores:

Omnesque gaudent, propitio deo

Annis relapsis hic Tibi quod dies

Illuxit almus contigitque

Lustra decem docuisse multos,

Nec non lubentes Te ducem et auspicem

Ad saniores se sapientiam

Veraeque sublapsam salutis

Spem revocasse palam fatentur.

En Saxones, quos Pieridum choro
Torgova vidit sacrificare tunc,
Frequentiores et Borussi
Praepositum Te adeunt ovantes.

Plaudunt sodales gymnasiumque, nunc
Quod floret amplam Sterrhopetram prope,
Vis et dierum ut crescat optant
Atque hilaris Tibi sit senectus.

J. G. Rothmann.

Plinii Secundi Naturalis Historiae Praefatio

in germanicum conversa et enarrata.

Circumspiciens, quid Tibi, Vir Summe, offerrem a Tuis rebus non plane alienum, Plinii elegi praefationem, qua ille Tito naturalis historiae libros duobus annis ante Vespasiani mortem dedicavit: impeditam enim multis locis candidatis quorum in coenobio Tuo convictus est, quum eram in coenobitarum numero, enarrandam proposui. Specimen igitur habes non doctrinae, sed unde quibus studiis et quomodo candidatos Tuos illo paene triennio exercuerim cognoscere possis. Quod ut benigne accipias, etiam atque etiam Te rogo. Verba Plinii ex auctoritate dedi Ludovici Jani, qui in plerisque Silligium secutus est: sed tribus tamen ejus conjecturis (§ 9 inemittis, § 10 severum, § 24 Vivaculum) abstinendum putavi. In enarrando me ab eodem Jano (cf. quae disser. in Philol. 1854, p. 435—445) multum adjutum esse lubens profiteor. Vale.

Plinius Secundus Vespasiano suo S.

Libros naturalis historiae, novitium Camenis Quiritium tuorum opus, natos apud me 1 proxima fetura licentiore epistula narrare constitui tibi, incundissime inperator (sit enim haec tui praefatio, verissima, dum maximo consensescit in patre): *namque tu solebas putare esse aliquid meas nugae* — ut obicere moliar Catullum, conterraneum meum (adgnoscis et hoc castrense verbum): ille enim, ut scis, permutatis prioribus Saetabis duriusculum se fecit quam volebat existumari a Veranniolis suis et Fabullis — simul ut hac mea petulantia fiat, quod proxime non 2 fieri questus es in alia procaci epistula nostra, ut in quaedam acta exeat sciantque omnes quam ex aequo tecum vivat inperium. Triumphalis et censorius tu sexiensusque consul ac tribuniciae 3 potestatis particeps et (quod his nobiliter fecisti dum illud patri pariter et equestri ordini praestas)

Eine schrift über naturgeschichte, für die musen deiner römer ein neues werk, das jüngste kind meines hauses habe ich dir, leutseligster gebieter, (denn das soll dein titel sein, zugleich der wahrste, während er bei deinem betagten vater ausser geltung kommt) in einem weniger förmlichen schreiben kund zu machen mir vorgesetzt: *denn du pflegtest meinen kleinigkeiten einigen werth beizulegen* — damit ich es unternehme mich hinter Catullus zu verschanzen, meinen canton-genossen (auch dieser militärische ausdruck findet bei dir gnade): gab sich doch jener wie du weisst, als ihm sein früheres sätabertuch durch austausch entwendet worden, schlimmer als er freunden wie Verannius und Fabullus erscheinen wollte — zugleich um durch diese meine dreistigkeit zu erreichen, was wie du kürzlich geklagt hast ein andres zwangloses schreiben von mir nicht leistet, dass es in eine art urkunde kommt und allen bekannt wird, wie sehr die reichs-angehörigen mit dir auf gleichem fusse leben, mir dir, der du triumphirt hast, censor gewesen bist, sechsmal das consulat bekleidet hast, an der tribunicischen gewalt theil nimmst und (was du durch die genannten wörden zu grösserem glanze erhoben hast, während du andererseits damit deinen vater sowie den ritterstand ehrst)

praefectus praetori eius, omniaque haec rei publicae, et nobis quidem qualis in castrensi contubernio, nec quicquam in te mutavit fortunae amplitudo, nisi ut prodesse tantundem posses ut
 4 velles. Itaque cum ceteris in venerationem tui pateant omnia illa, nobis ad colendum te familiarius audacia sola superest: hanc igitur tibi inputabis et in nostra culpa tibi ignosces. Perfricui faciem nec tamen profeci, quoniam alia via occurris ingens et longius etiam submoves ingeni fascibus.
 5 Fulgurat in nullo umquam verius dicta vis eloquentiae, tribuniciae potestatis facundiae. Quanto tu ore patris laudes tonas, quanto fratris amas! Quantus in poetica es! O magna fecunditas
 6 animi! quemadmodum fratrem quoque imitareris excogitasti. Sed haec quis possit intrepidus aestumare subiturus ingeni tui iudicium, praesertim lacessitum? Neque enim similis est condicio publicantium et nominatim tibi dicantium. Tum possem dicere: quid ista legis, inperator? humili volgo scripta sunt, agricolarum opificum turbae, denique studiorum otiosis: quid te iudicem facis? cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo: maiorem te sciebam quam ut descensurum
 7 huc putarem. Praeterea est quaedam publica etiam eruditorum reiectio: utitur illa et M. Tullius extra omnem ingeni aleam positus et (quod miremur) per advocatum defenditur: *nec doctissimis*:
 8 *Manium Persium haec legere nolo, Iunium Congum volo.* Quod si hoc Lucilius qui primus condidit stili nasum dicendum sibi putavit, si Cicero mutuandum, praesertim cum de re publica scriberet, quanto nos causatius ab aliquo iudice defendimus? Sed haec ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione, quoniam plurimum refert sortiatur aliquis iudicem an eligat multumque adpa-
 9 ratus interest apud invitatum hospitem et oblatum. Cum apud Catonem illum ambitus hostem et

die väterliche leibwache befehligst. Alles dies bezeichnet deine stellung zum gemeinwesen: gegen mich bist du ganz wie vordem da wir zeltgenossen waren, und die glänzenden äusseren verhältnisse haben bei dir keine weitere veränderung hervorgebracht als dass du so viel gutes zu thun vermagst wie du wünschest. Während also die übrigen in allem jenem leicht veranlassung finden dir mit ehrfurchtsvoller scheu zu begegnen, habe ich das bedürfniss dich auf vertraulichere weise zu ehren, bin aber dabei lediglich auf meine kühnheit angewiesen: diese also wirst du auf rechnung deiner güte bringen und mein vergehen dir selbst verzeihen. Ich habe das schamgefühl vertrieben und bin doch dadurch nicht weiter gekommen, weil du mir auf einem andren wege allgewaltig entgegentrittst und durch die macht deines geistes mich noch weiter zurückdrängst. Gleich dem blitze wirkt die bei niemand mit mehr recht sogenannte macht der rede, der tribunicischen beredtsamkeit. Wie gross ist deine redefülle, wenn du mit donnerstimme das lob des vaters, wenn du liebevoll das des bruders verkündest! Wie gross bist du in der poesie! O über den gewaltigen reichthum deines geistes! auch dem bruder es nachzuthun hast du möglich gemacht. Aber wer vermöchte das ohne besorgniss zu würdigen, wenn er im begriff steht dein urtheil über sich ergehen zu lassen, zumal nachdem er es herausgefordert hat? Denn die welche überhaupt etwas veröffentlichen und die welche dir ausdrücklich etwas zueignen sind nicht in gleicher lage. In jenem falle könnte ich sagen: warum liesest du dergleichen, gebieter? es ist für das niedere volk geschrieben, für die grosse menge der landleute und handwerker, überhaupt für diejenigen welche sich nicht wissenschaftlich beschäftigen: warum machst du dich zum richter? als ich mich zu dieser arbeit bereit finden liess, standest du nicht auf diesem blatte: ich kannte deine stellung als eine zu hohe, als dass ich hätte glauben sollen, du würdest dich dazu herablassen. Ausserdem giebt es eine art öffentliche zurückweisung auch für die gelehrten: sogar M. Tullius, dessen geist über jeden zweifel erhaben ist, macht von derselben gebrauch und lässt sich (worüber wir uns wundern mögen) durch einen anwalt vertheidigen: *und nicht für die gelehrtesten: den Manius Persius wünsche ich mir nicht zum leser, den Junius Congus wünsche ich.* Wenn dies Lucilius, der zuerst dem griffel die richtung auf spottenden witz gab, sagen und Cicero, zumal in der schrift über den staat, es entleihen zu dürfen glaubte, um wie viel mehr ursache habe ich da mich irgend eines richters zu erwehren? Aber dieser schutzmittel habe ich mich selbst durch die zueignung beraubt, weil gar viel darauf ankommt, ob man einen richter durch das loos erhält oder ihn wählt, und ein grosser unterschied in der bewirthing stattfindet bei einem eingeladenen gaste und bei einem zufällig eingetroffenen. Wenn amtsbewerber in der hitze des wahlkampfes bei Cato geld niederlegten, jenem feinde der amtserschleichung, dem niederlagen bei der bewerbung

repulsis tamquam honoribus indeptis gaudentem flagrantibus comitiis pecunias deponerent candidati, hoc se facere quod tum pro innocentia rebus humanis summum esset profitebantur. Inde illa nobilis M. Ciceronis suspiratio: *o te felicem, M. Porci, a quo rem improbam petere nemo audet!* Cum tribunos appellaret L. Scipio Asiaticus, inter quos erat Gracchus, hoc attestabatur 10 vel inimico iudici se probari posse. Adeo summum quisque causae suae iudicem facit quemcumque, cum eligit, unde provocatio appellatur. Te quidem in excelsissimo generis humani fastigio 11 positum summa eloquentia summa eruditione praeditum religiose adiri etiam a salutantibus scio, et ideo subit cura ut quae tibi dicantur te digna sint. Verum dis lacte rustici multaeque gentes et mola tantum salsa litant qui non habent tura, nec ulli fuit vitio deos colere quoquo modo posset. Meae quidem temeritati accessit hoc quoque, quod levioris operae hos tibi dedicavi libellos. 12 Nam nec ingeni sunt capaces, quod alioquin nobis perquam mediocre erat, nec admittunt excessus aut orationes sermonesve aut casus mirabilis vel eventus varios, iucunda dictu aut legentibus blanda, sterili materia. Rerum natura hoc est vita narratur et haec sordidissima sui parte, ut 13 plurimarum rerum aut rusticis vocabulis aut externis, immo barbaris, etiam cum honoris praefatione ponendis. Praeterea iter est non trita auctoribus via nec qua peregrinari animus expetat. Nemo apud nos qui idem temptaverit, nemo apud Graecos qui unus omnia ea tractaverit. Magna 14 pars studiorum amoenitates quaerimus: quae vero tractata ab aliis dicuntur immensae subtilitatis obscuris rerum tenebris premuntur. Jam omnia attingenda quae Graeci τῆς ἐγκυκλοπαιδείας vocant et tamen ignota aut incerta ingeniis facta, alia vero ita multis prodita ut in fastidium sint ad- 15 ducta. Res ardua vetustis novitatem dare, novis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem,

zur freude gereichten, ganz als ob die ehrenstellen erlangt seien, so meinten sie damit zu thun was derzeit zum erweise der unschuld nach menschlichen verhältnissen das höchste wäre. Daher jener herrliche unterseufzen gethane ausspruch Ciceros: *wie glücklich bist du, M. Porcius, von dem niemand etwas unrechtes zu fordern wagt!* Wenn L. Scipio Asiaticus an die tribunen appellirte, zu denen auch Gracchus gehörte, so bezeugte er damit, dass er auch vor einem solchen richter der sein feind sei bestehen könne. In solchem grade macht jeder jeden dadurch dass er ihn wählt zum strengsten richter seiner sache, daher auch die berufung auf einen selbstgewählten richter herausforderung genannt wird. Dass dir nun, der du auf der höchsten dem menschengeschlechte erreichbaren spitze stehst, mit der höchsten beredtsamkeit, mit der höchsten wissenschaftlichen bildung ausgestattet bist, selbst diejenigen welche dir regelmässig aufwarten mit heiliger scheu nahen weiss ich: eben deshalb überkommt mich die besorgniss, es möchte was ich dir widme deiner nicht würdig sein. Aber es opfern landleute und viele völker den göttern milch und mit salz vermengtes schrot diejenigen welche keinen weihrauch haben, und keinem ist es als fehler angerechnet worden, wenn er die götter verehrte so gut er konnte. Meine dreistigkeit freilich steigert sich noch dadurch, dass ich dir gerade diese schrift gewidmet habe, welche eine arbeit von untergeordnetem werthe enthält: denn bei der trockenheit des stoffes hat sie weder für geistreiche auffassung raum, welche mir ohnehin in geringem grade zu gebote stand, noch lässt sie abschweifungen reden gespräche wunderbare vorfälle oder mannigfache begebenheiten zu, dinge, welche darzustellen angenehm ist oder denen die leser leicht geschmack abgewinnen. Die erscheinende welt wird dargestellt d. h. die tägliche umgebung und zwar nach ihrer niedrigsten seite, wie auch in ausdrücken für sehr viele dinge, welche gemein oder fremden ursprungs, sogar rohen völkern entnommen sind oder nur unter vorgängiger achtungsbezeugung gebraucht werden dürfen. Ausserdem ist mein weg nicht ein von schriftstellern vielbetreter pfad, auch nicht ein solcher, auf dem zu wandern den geist verlangte. Es giebt niemand bei uns der gleiches versucht, niemand bei den griechen der alles das allein behandelt hätte. Ein grosser theil von uns fasst nur was die wissenschaftliche beschäftigung anmuthiges bietet ins auge: was aber von andren vor mir behandelt ist und angeblich unendlichen scharfsinn in anspruch nimmt, darauf ruht dichtes dunkel der dinge. Weiter hatte ich alles zu berühren, was den griechen als gegenstand ihrer ἐγκυκλοπαιδεία gilt, und dennoch manches unbekanntes oder durch schuld der denker unsicher gewordne, andererseits aber auch was von so vielen dargestellt ist dass es widerwillen erregt. Es ist schwierig altem neuheit, neuem geltung, unscheinbar gewordnem glanz, dunklem

- fastiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus vero naturam et naturae sua omnia: nobis itaque etiam
 16 non adsecutis voluisse abunde pulchrum atque magnificum est. Equidem ita sentio, peculiarem
 in studiis causam eorum esse qui difficultatibus victis utilitatem iuvandi praetulerunt gratiae pla-
 cendi, idque iam et in aliis operibus ipse feci et profiteor mirari T. Livium auctorem celeberrimum
 in historiarum suarum, quas repetit ab origine urbis, quodam volumine sic orsum: *satis iam sibi*
 17 *gloriae quaesitum et potuisse se desiderare, ni animus inquires pasceretur opere.* Profecto enim
 populi gentium victoris et Romani nominis gloriae, non suae composuisse illa decuit: maius
 meritum esset operis amore, non animi causa perseverasse et hoc populo Romano praestitisse,
 non sibi. Viginti milia rerum dignarum cura (quoniam, ut ait Domitius Piso, thesauros oportet
 esse, non libros) lectione voluminum circiter duum milium, quorum pauca admodum studiosi
 attingunt propter secretum materiae, ex exquisitis auctoribus centum inclusimus triginta sex volu-
 18 minibus, adiectis rebus plurimis quas aut ignoraverant priores aut postea invenerat vita. Nec
 dubitamus multa esse, quae et nos praeterierint: homines enim sumus et occupati officiis sub-
 sicivisque temporibus ista curamus id est nocturnis, ne quis vestrum putet his cessatum horis.
 Dies vobis inpendimus, cum somno valetudinem computamus, vel hoc solo praemio contenti, quod
 dum ista (ut ait M. Varro) musinamur, pluribus horis vivimus: profecto enim vita vigilia est.
 19 Quibus de causis atque difficultatibus nihil auso promittere hoc ipsum tu praestas quod ad te
 scribimus. Haec fiducia operis, haec est indicatura. Multa valde pretiosa ideo videntur, quia
 sunt templis dicata. Nos quidem omnis, patrem te fratremque, diximus opere iusto, temporum
 20 nostrorum historiam orsi a fine Aufidi Bassi. Ubi sit ea quaeres? iam pridem peracta sancitur,
 et alioquin statutum erat heredi mandare, ne quid ambitioni dedisse vita iudicaretur. Proinde

licht, verschmähtem anklang, zweifelhaftem glauben, allem aber seine natur und der natur alles ihrige zu geben: so gilt denn mir, wenn ich auch das nicht erreicht habe, schon dies es gewollt zu haben als etwas überaus schönes und herrliches. Ich meinerseits hege die meinung, dass auf dem gebiete der wissenschaft diejenigen etwas zum voraus haben, welche nach besieugung der schwierigkeiten lieber durch förderung nützen als durch anmuth gefallen wollen. Dies nun habe ich einerseits selbst in andren werken befolgt, andererseits spreche ich meine verwunderung darüber offen aus, dass der berühmte Livius einen band seiner mit der gründung der stadt anhebenden geschichte also beginnt: *Ruhm habe er genug davon getragen und insofern hätte er aufhören können, aber sein rastloser geist finde an dem werke nahrung.* Es hätte ihm sicherlich wohl angestanden, wenn er für den ruhm des weltbesiegenden volkes und des römischen namens, nicht für den seinigen geschrieben hätte: ein grösseres verdienst wäre es, wenn er aus liebe zu dem werke, nicht zu seinem vergnügen ausgeharrt und damit dem römischen volke nicht sich gedient hätte. Zwanzigtausend dinge, die der beachtung werth sind, habe ich (weil wie Dom. Piso sagt schatzkammern noth thun, nicht bücher) durch lesung von ungefähr zweitausend bänden, von denen in folge des entlegenen stoffes sehr wenige in die hände der gelehrten kommen, aus hundert ausgewählten schriftstellern in sechs- unddreissig bände gebracht unter zufügung von gar vielem, was den früheren unbekannt geblieben war oder was die erfahrung erst später ergeben hatte. Dass auch mir vieles entgangen ist, daran zweifle ich nicht: denn ich bin ein mensch und durch amtsgeschäfte in anspruch genommen und beschäftige mich mit solchen dingen nur in nebenstunden d. h. in den stunden der nacht, denn glaubet nicht dass ich in diesen gefeiert habe. Den tag widme ich euch, den schlaf beschränke ich auf das bedürfniss der gesundheit, schon mit dem einen lohne zufrieden, dass ich indem ich so mit Varro zu reden tändele mehr stunden lebe: denn in der that nur wachsein ist leben. Indem ich in folge dieser ursachen und schwierigkeiten nichts zu versprechen gewagt habe, kommst du mir eben damit zu hülfe dass ich an dich schreibe: darauf beruht mein vertrauen zu dem werke, das bezeichnet seinen werth. Vieles scheint ja deswegen werthvoll, weil es tempeln gewidmet ist. Ich meinerseits habe bereits euch alle, deinen vater dich und deinen bruder, in einem förmlichen werke zum gegenstande meiner darstellung gemacht, in einer geschichte unserer zeit, die ich da wo Aufidius Bassus aufhört begonnen habe. Wo sie sei, fragst du? Längst vollendet wird sie noch endgültig festgestellt und ohnehin hatte ich beschlossen sie meinem erben zu überlassen, um mein leben nicht einer solchen beurtheilung

occupantibus locum faveo, ego vero et posteris, quos scio nobiscum decertaturos, sicut ipsi fecimus cum prioribus. Argumentum huius stomachi mei habebis, quod in his voluminibus 21 auctorum nomina praetexui. Est enim benignum (ut arbitror) et plenum ingenui pudoris fateri per quos profeceris, non ut plerique ex iis quos attigi fecerunt. Scito enim conferentem auctores 22 me deprehendisse a iuratissimis et proxumis veteres transcriptos ad verbum neque nominatos, non illa Vergiliana virtute, ut certarent, non Ciceroniana simplicitate, qui de re publica Platonis se comitem profitetur, in consolatione filiae *Crantorem*, inquit, *sequor*, item Panaetium de officiis, quae volumina ediscenda, non modo in manibus cotidie habenda nosti. Obnoxii profecto animi 23 et infelicis ingeni est deprehendi in furto malle quam mutuum reddere, cum praesertim sors fiat ex usura. Inscriptionis apud Graecos mira felicitas: *κηρίον* inscribere quod volebant intelligi favom, alii *κέρας ἀμαλθείας* quod copiae cornu, ut vel lactis gallinacei sperare possis in volumine haustum, *ἰωνία, μουσαι, πανδέκται, ἐγχειρίδια, λειμών, πίναξ, σχεδίων*, inscriptiones propter quas vadium deseri possit. At cum intraveris, di deaque, quam nihil in medio invenies! Nostri 24 grossiores: antiquitatum exemplorum artiumque facetissimi: lucubrationem puto quia *Bibaculus* erat et vocabatur: paulo minus adserit Varro in satiris suis *Sesculixem* et *Flextabula*. Apud 25 Graecos desiit nugari Diodorus et *βιβλιοθήκη* historiam suam inscripsit. Apion quidem grammaticus (hic quem Tiberius Caesar cymbalam mundi vocabat, cum propriae famae tympanum potius videri posset) immortalitate donari a se scripsit, ad quos aliqua componebat. Me non paenitet 26 nullum festivorem excogitasse titulum, et ne in totum videar Graecos insectari, ex illis mox velim

auszusetzen, als habe es irgend nach gunst gestrebt. Demgemäss bin ich gegen diejenigen nicht missgünstig welche mir etwa zuvorkommen, aber auch gegen die nachkommen bin ich es nicht, von denen ich weiss, dass sie eben so mit mir wetteifern werden wie ich es mit meinen vorgängern gethan habe. Einen beweis für diese meine sinnesweise wirst du darin finden, dass ich in diesen bänden die namen der benutzten schriftsteller vorangesetzt habe. Denn es ist in meinen augen ein zeichen eines guten herzens und anständiger bescheidenheit zu bekennen, durch wen man vorwärts gekommen ist, nicht es so zu machen wie die meisten von denen welche ich zur hand genommen habe. Denn damit du es weisst bei vergleichung der schriftsteller habe ich gefunden, dass von denen auf welche man am meisten schwört und von den neuesten die alten wörtlich ausgeschrieben und nicht genannt sind, nicht in jener lobenswerthen weise des Vergilius zum zwecke des wetteifers und nicht mit der offenheit Ciceros, welcher in der schrift über den staat sich als begleiter Platons bekennt, in der trostschrift beim tode seiner tochter den Crantor als seinen gewährsmann bezeichnet, ebenso den Panätius in der schrift über die pflichten, welche man wie du weisst auswendig lernen nicht bloss täglich in den händen haben muss. Es ist in der that ein zeichen von niedriger sinnesweise und geistlosigkeit, wenn man sich lieber bei einem diebstahle betreffen lassen als das entlehnte zurückerstatten will, zumal der niesbrauch ein eignes kapital ergiebt. In den büchertiteln zeigen die griechen eine merkwürdige erfindsamkeit: manche haben als titel *κηρίον* gebraucht, was honigscheibe, andere *κέρας ἀμαλθείας*, was füllhorn bedeuten soll, so dass man in dem buche sogar auf einen schluck hühnermilch hoffen darf, ferner *ἰωνία* (veilchenbeet), *μουσαι, πανδέκται* (inbegriff alles wissens), *ἐγχειρίδια* (handbuch), *λειμών* (wiese), *πίναξ* (schreibtafel), *σχεδίων* (stegreifschrift), titel, um deren willen man einen gerichtlichen termin im stiche lassen könnte. Aber wenn man eintritt, götter und göttinnen, wie gar wenig findet man darin! Die unsrigen sind derber: die geistreichsten nennen ihre bücher *alterthümer, beispiele, anleitungen: nachstudien* nannte das seinige jener Zecher, wohl weil er den namen mit der that hatte: kaum minder sicher stellt Varro in seinen satiren den *Anderthalb-Ulysses* und das *Wechsel-Standquartier*. Bei den griechen machte Diodorus der aufschneideri ein ende und nannte sein geschichtswerk *βιβλιοθήκη*. Der grammatiker Apion freilich (derselbe den der kaiser Tiberius die welttrommel nannte, während er vielmehr als pauke des eigenlobes hätte gelten können) erklärte, dass diejenigen mit unsterblichkeit von ihm beschenkt würden, denen er etwas zueigne. Ich bin damit zufrieden keinen geistreicheren titel ausgedacht zu haben; damit es aber nicht scheint als ob ich überhaupt gegen die griechen auftrete, so möchte ich gleich von vorn herein nach jenen meistern in der malerei und bildnerei beurtheilt werden, welche wie du in dieser schrift finden wirst

- intelligi pingendi fingendique conditoribus, quos in libellis his invenies apsoluta opera et illa quoque quae mirando non satiamur pendenti titulo inscripsisse, ut *Apelles faciebat* aut *Polyctetus*, tamquam inchoata semper arte et imperfecta, ut contra iudiciorum varietates superesset artificii
- 27 regressus ad veniam velut emendaturo quidquid desideraretur, si non esset interceptus. Quare plenum verecundiae illud, quod omnia opera tamquam novissima inscribere et tamquam singulis fato adepti. Tria non amplius, ut opinor, apsolute traduntur inscripta *Ille fecit*, quae suis locis reddam: quo adparuit summam artis securitatem auctori placuisse, et ob id magna invidia fuere
- 28 omnia ea. Ego plane meis adici posse multa confiteor, nec his solis sed et omnibus quae edidi, ut obiter caveam istos Homeromastigas (ita enim verius dixerim), quoniam audio et Stoicos et dialecticos, Epicureos quoque (nam de grammaticis semper expectavi) parturire adversus libellos quos de grammatica edidi et subinde abortus facere iam decem annis, cum celerius etiam elephantum
- 29 pariant: ceu vero nesciam adversus Theophrastum, hominem in eloquentia tantum ut nomen divinum inde invenerit, scripsisse etiam feminam et proverbium inde natum suspendio arborem
- 30 eligendi. Non queo mihi temperare quo minus ad hoc pertinentia ipsa censorii Catonis verba ponam, ut adpareat etiam Catoni de militari disciplina commentanti, qui sub Africano immo vero et sub Hannibale didicisset militare et ne Africanum quidem ferre potuisset, qui imperator triumphum reportasset, paratos fuisse istos qui obtreccatione alienae scientiae famam sibi aucupantur. *Quid enim?* ait in eo volumine, *scio ego, quae scripta sunt si palam proferantur, multos fore qui vitiligent, sed ù potissimum qui verae laudis expertes sunt. Eorum ego orationes ibi praetereo.*
- 31 Nec Plancus inlepide, cum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quae ab ipso aut liberis post mortem Planci ederentur ne respondere posset, *cum mortuis non nisi larvas luctari,*

ihre vollendeten werke und jene die zu bewundern wir nicht müde werden mit einer gleichsam in der schwebende bleibenden aufschrift versahen, wie z. b. *Apelles arbeitete daran* oder *Polyctetus*, ganz als ob die kunst immer nur begonnen und nicht zu ende gekommen sei, so dass den mannigfachen beurtheilungen gegenüber der künstler zuletzt immer noch die nachsicht in anspruch nehmen konnte als einer der alles was ausgesetzt werde verbessert haben würde, wenn er nicht unterbrochen worden wäre. So ist es denn ein beweis grosser bescheidenheit, dass sie alle werke in der aufschrift gleichsam als die letzten bezeichneten und so als ob sie jedem einzelnen durch das geschick entrissen seien. Unter den kunstwerken haben (denke ich) nicht mehr als drei, die ich an den betreffenden stellen anführen werde, der überlieferung zufolge die bestimmte aufschrift *der und der ist der verfertiger*: daraus ging hervor, dass es dem künstler gefallen habe sich in betreff der kunst vollständig sicher zu fühlen, und deswegen fanden jene kunstwerke eine ungünstige aufnahme. Ich bekenne offen, dass zu meiner schrift viele zusätze gemacht werden können und nicht bloss zu dieser sondern zu allen welche ich herausgegeben habe, damit ich mich nebenbei gegen jene erzlästerer sicher stelle (denn so darf ich sie wohl mit einigem rechte nennen), weil ich höre, dass stoiker wie dialektiker, auch epikureer (denn vor den grammatikern habe ich es immer erwartet) mit gegenschriften gegen meine grammatische schrift in geburtswehen liegen und seit nunmehr zehn jahren von zeit zu zeit eine fehlgeburt machen, während doch selbst die elephanten ihre jungen schneller zur welt bringen. Freilich weiss ich recht wohl, dass gegen Theophrast, der ein so ausgezeichneter redner war, dass er darum der göttliche genannt wurde, sogar eine frau geschrieben und dass daher der sprichwörtliche ausdruck *sich einen baum zum aufhängen suchen* seinen ursprung hat. Ich kann nicht umhin des Cato Censorius hierher gehörende worte selbst herzusetzen, damit man sehe, dass sogar gegen Cato, welcher unter Scipio Africanus oder vielmehr unter Hannibal den kriegsdienst erlernt und nicht einmal den Africanus der doch als oberfeldherr einen triumph davon getragen über sich zu dulden vermocht hatte, als er über die kriegskunst schrieb, diejenigen in bereitschaft standen, welche dadurch für sich ruhm zu erlangen suchen dass sie die kenntniss anderer verkleinern. *Wie so?* sagt er in jener schrift, *ich weiss dass wenn das geschriebene in die öffentlichkeit kommt gar viele händel suchen werden, am meisten aber die, welche wahren lobes baar sind: deren reden beachte ich dabei nicht.* Auch Plancus erklärte nicht ohne witz, als es hiess dass Asinius Pollio reden gegen ihn vorbereite, die von ihm oder seinen kindern nach des Plancus tode herausgegeben werden sollten, damit

quo dicto sic repercussit illas ut apud eruditos nihil inpudentius iudicetur. Ergo securi etiam 32
 contra vitiligatores, quos Cato eleganter ex vitis et litigatoribus composuit, (quid enim illi aliud
 quam litigant aut litem quaerunt?) exsequemur reliqua propositi. Quia occupationibus tuis publico
 bono parcendum erat, quid singulis contineretur libris, huic epistulae subiunxi summaque cura
 ne legendos eos haberes operam dedi. Tu per hoc et aliis praestabis, ne perlegant sed ut quis- 33
 que desiderabit aliquid id tantum quaerat et sciat quo loco inveniatur: hoc ante me fecit in litteris
 nostris Valerius Soranus in libris quos *ἐποπτίδων* inscripsit.

er nicht antworten könnte, mit toten stritten nur gespenster: durch diesen ausspruch wies er jene reden
 in solcher weise zurück, dass sie unter gebildeten als das höchste von schamlosigkeit galten. So werde
 ich denn unbekümmert auch jenen gewohnheitshändelsuchern gegenüber, wie sie Cato durch verbindung der
 schlechten gewöhnung und des händelsuchens treffend benannt hat (denn was thun sie weiter als handel
 suchen und auf streit ausgehen?) meine übrigen pläne zur ausführung bringen. Weil ich im interesse
 des allgemeinen wohles auf deine beschäftigungen rücksicht zu nehmen hatte, so habe ich den inhalt der ein-
 zeln bücher diesem briefe beigefügt und eifrigst dafür gesorgt, dass du nicht nöthig hättest sie durchzulesen.
 Dadurch wirst du auch andren den vorthail verschaffen, dass sie nicht das ganze durchzulesen brauchen,
 sondern dass jeder je nachdem er etwas zu wissen wünscht nur dies aufzusuchen hat und weiss wo er es
 findet: dies hat auf dem gebiete unsrer litteratur vor mir Valerius Soranus gethan in der schrift welche
 den titel *ἐποπτίδες* (aufseherinnen) führt.

Enarratio.

- I. *novicium — fetura.* Non sine aliqua molestia facetus Plinius est, quum Camenas Quiritium
 dicit pro litteris latinis librosque proxime confectos singulis verbis ad partus similitudinem
 recovat. Nec desunt similia in reliqua epistola. Facietiarum quum dedita opera captaret
 leporem, plus semel factum est ut in affectatam elegantiam et parum naturalem incideret.
jucundissime — patre. Ne dubita hoc Plinium dicentem facere „hanc enim tui praefationem
 esse volo, quae eadem verissima est“, quamquam illud verissima paulo durius adjectum
 est non addito quod expectes quidem vel illa quidem: nam Plinius etiam duriora
 in hac ipsa epistola admisit. At jure dubius haereas, quo praefationem referas, quam
 pro appellatione Plinius praeter consuetudinem dixit. Iucundissimum si significari statuis
 h. e. qui suavitate morum hominum animos sibi conciliet, in verbis quidem nihil difficultatis
 est, modo imperatorem infinite dictum putes misso certo aliquo dignitatis gradu, sed
 ipsa sententia plus uno nomine offensionem est. Sic enim si pergentem Plinium facis „dum
 maximum tuum patrem jucundissimum appellare desinunt“, sive grandaevum patrem
 sive amplissimum intelligis, habes quo offendaris. Ac si credas quod nemo facile
 crediderit, initio principatus Vespasianum a jucunditate appellatum, tum vero ejus ju-
 cunditatem ita aut senectute absumentam aut amplitudine obrutam fuisse, ut jucundissimum
 appellare homines dediscerent: num talis Plinio ac tanta jucundissimi appellatio videri
 poterat, quam tot verborum circuitu a Vespasiano ad Titum transferret? Ad impera-
 toris nomen si praefationem refers, appellationem quidem habes tot verborum
 circuitu dignam, sed alia est offensio. Nam reputa, quam immodestum habeas Plinium,
 quum haec eum Tito vivo patre et principe scribentem facis „appellatum te imperatorem
 volo idque verissime, dum in patrem qua est senectute valere imperatoris nomen desinit“:
 maximum enim, ne causa absit cur oblivioni imperatoris nomen dari coeptum sit,

grandaevum malim intelligi quam amplissimum. Quoniam eo res deducta est, ut aut ineptientem facias Plinium aut immodestum, immodestum equidem ineptienti praefero: nam immodestus aliquam a licentia veterum excusationem habet, inepte loquens nullam.

namque tu — Fabullis. Objicere quum milites dicantur quidquid defendendi sui causa opponunt, prius illud habes castrense verbum quod significat Plinius, quum conterranei nomini haec addit *adgnoscis et hoc castrense verbum*: conterraneum pro populari milites dixisse solo hoc Plinii testimonio constat. Neque injuria Plinius militem apud Titum agens olim contubernalem Catullum se objicere dicit: cavit enim quum Catullum pro se loquentem faceret, ne immodeste gloriari videretur, id quod in se admisisset, si haud parvi scripta sua a Tito aestumata esse suis verbis pronuntiasset. Sed quae Catullus Corn. Nepoti scripserat (c. 1, 3), arduum et periculosum Plinio videri debebat sua facere, quum non ignoraret, Asinium quendam in simili causa non impunitum discessisse: atrociter Catullus carmine XII quae ab Asinio surrepta fuerant Saetaba, dono illa a Verannio et Fabullo missa ideoque plurimi aestumata, repetierat: hinc illud moliri, quod infinitivo junctum praeivit Cicero Univ. 4 mundum efficere moliens deus. Quod nihilominus Plinius Catullo verba eripuit in suumque usum convertit, ideo ausus est facere, quod majorem tum a Catullo quam revera concepisset iram simulatam esse statuit, qua in re ipsum Titum assentientem habere sibi visus est. Priora Saetaba intellige, quae Catullus ante Asinii furtum possederat. Saetabum linum primam tenuisse ipse Plinius testis est (XIX, 2), quum Allianae regionis lino tertiam a Saetabi palmam, secundam Retovinae et Faventinae tribuit. Duriusculus quum habeat, quo ad comparativi vim accedat, hoc sibi Plinius suo more indulgit, ut quidquid in comparativum valet transferret: dixit igitur duriusculus quam eodem modo quo ceteri durior quam.

2. *simul ut — vivat imperium.* Duabus causis constituisse se Plinius dicit naturalis historiae libros Tito licentiore epistola narrare, una, quod aliquid ille libris ante a se editis tribuerit, altera, quod ipse quasi publice testari omnesque edocere cupierit quantum civibus per Titi humanitatem liceret. Acta quae communi Romanorum consuetudine dixit commentarios intellige, in quos acta h. e. senatus decreta populi scita cetera ad rempublicam pertinentia referebantur. Commentariis illis, qui publice edebantur, epistolam suam adjecto quaedam tamquam partem generi subjecit, ut quae actorum erat auctoritas eandem epistolae suae adjungeret. Imperium novo modo dixit pro iis qui imperio continentur.

3. *Triumphalis et — castrensi contubernio.* Quod in vita communi fieri solet, ut si quis gaudio vel dolore vel quocunque modo affectus est non aptam verborum et quasi rotundam constructionem praebet, sed elegisse satis habeat verba e quibus quid sibi velit audientes cognoscere possint, idem scriptoribus nonnunquam accidit. Plinius igitur quum insignem Titi humanitatem commemorasset eoque amplissimi in quo ille constitutus erat dignitatis gradus admonitus esset, quae ad describendam amplitudinem adhibuit verba admiratione affectus non ad superiora accommodavit, sed soluta posuit hisque cetera quae aliorum spectant alterum ex altero nectens adjunxit. Quoniam qui sic loquitur aliis hoc relinquit, ut singula ad consuetam dicendi normam revocent, quae in unum congestis Plinius in duas partes dissolvenda sunt omissis quibus alterum ex altero nexuit conjunctionibus. Atque priorem partem, quae est de Titi honoribus, suspensam fac ex illo tecum quod in superioribus est. Alteram partem, qua inter se opposita habes qualis reipublicae Titus fuerit qualis Plinio, continua suadent ut per se stantem facias in hanc fere speciem: omnia haec (sc. triumphalis, censorius, sexies consul, tribuniciae potestatis particeps, praefectus praetorii) rei publicae es, mihi quidem talis, qualis in castrensi contubernio fuisti. Triumphum Titus una cum patre egit confecto bello judaico a. p. Chr. 71, censuram gessit a. 74, consulatu functus est

patris collega annis 70 72 74 75 76 77, in tribuniciae potestatis societatem ascitus est a 71, extrema accessit praefectura praetorii: huic igitur illis quae aut ante gesserat aut una administravit muneribus solito majorem attulit dignitatem, quae eadem in patrem et in equestrem ordinem cessit, in patrem, quod principis erat quem praetorio praeficeret eligere, in equestrem ordinem, quod praefectura praetorii, ut est apud Suetonium (Tit. c. 6), nunquam ad id tempus nisi ab equite Romano administrata fuerat. Quando vel quo bello Plinius Titi contubernalis fuerit, neque ex hoc loco colligi potest neque aliunde constat.

4. *itaque cum — superest.* Paulo obscurius locutus est Plinius, quod quae separatim dicere debebat utpote ex superioribus consequentia breviter ac velut in transcurso ceteris inseruit, audaciae ut opinor mentionem facere festinans. Quibus quasi secundas partes tribuit, ea si suo loco collocare velis, haec efficitur sententia: itaque quum ceteri sancte te venerentur, meum esse putavi familiariter te colere, sed quum ceteri summis tuis honoribus facile ad venerandum impellantur, mihi quo ad familiariter colendum permotus dicar nihil relinquitur praeter audaciam.

perfricui — fascibus. Perfricare faciem hoc loco non ejus esse qui dubius haereat multaque secum volvat, in quam sententiam Ciceronis illud caput perfricare (Pis. 25) accipi solet, sed ejus qui pudorem abjiciat, facile docet quae haec ipsa verba praecedunt audaciae excusatio. Atque pudorem quum Plinius interponeret, commodam nactus est occasionem ab amplissimis Titi honoribus ad praeclaram quae in eodem erat indolem et doctrinam transeundi. Hoc enim dicit: depuli quae est mea audacia ruborem, quem summa tua auctoritas et amplitudo non potest non elicere familiariter te adeunti, sed frustra feci: redit enim pudor quum ingenii tui contemplor praestantiam, qua me etiam longius quam fortunae amplitudine a te relinquis.

5. *quemadmodum — excogitasti.* Quid fuerit Domitiani fratris quod Titus imitatus sit, quamquam pro certo dici non potest, non improbabilis tamen conjectura est poema significari: percurrans enim quae adolescens tractavit Domitianus vix aliud quidquam invenias, quod Titum imitatione dignum judicasse putes. Poeticae studio deditus Domitianus praecunte Arato sidera et coelestia signa versibus persecutus est, siquidem quae olim Caesari Germanico tribui solebant Aratea recte nunc Domitiano tribuuntur. In simili argumento Titus versatus est, quum quintum consul (cf. Plin. II, 25, 23) crinitam quae tum visa est stellam carmine celebraret.

6. *denique studiorum otiosis.* Studiorum otiosos cave ne intelligas, qui ad studia otium habeant: alia enim genitivi vis est, alia Plinii sententia, nisi secum pugnantem facere velis. Intellige igitur, qui a studiis otientur h. e. qui nihil in litteris operae ponant.

cum — condicerem. Condicendi verbo, quod eorum esse constat qui non sua sponte sed ex convento rem aliquam suscipiunt, consulto usus est Plinius: nam quod ex convento fit, de eo penes illos solos inter quos convenit judicium est. Quos secum pactos finxerit, superiora docent: opifices intellige ceterosque a litterarum studio alienos.

8. *qui primus — nasum.* Stili nasum quum Plinius pro satira dicit, stilum facit quidquid perversum vitiosum contemtum est naso suspendentem: sed audacius tamen quam elegantius quod hominis est ad stilum transtulit.

9. *et repulsis — gaudentem.* Tamquam quum eo valere soleat, ut quod in eodem genere communis vel opinio vel consuetudo suadet in comparisonem vocetur, apte dicentem habeas Plinium, si repulsis quibus Cato gaudere dicitur opponas, quod in hoc genere communi opinione laetabile est, adeptos dico honores. Itaque Plinium neque *ineptis* scripsisse puto, quod plane absurdum est, neque *inemptis*, quod de conjectura Janus dedit, sed quod in deterioribus libris est *indeptis*.

10. *adeo summum — appellatur.* Summum judicem si intelligis a quo provocari non possit, parum sibi constat Plinii oratio. Sed bene se omnia habent, si summum judicem ad simi-

litudinem summi juris dictum putas. Ut summum jus est quod caret aequitate, ita summus iudex aequo et leni oppositus est. Habes igitur quam jure requiris iudicii severitatem, neque est cur *summum* deleas, reponas praeeunte Jano *severum*.

14. *magna pars — premuntur*. Quos magna ex parte studiorum amoenitates quaerere Plinius dicit, non scriptores intelligendos esse sed Romanos facile superiora docent: sed quae sequuntur paullo obscurius dicta sunt. Dubitari enim potest, cui illi alii oppositi sint. Magnae parti si opponis, hoc fere dicere Plinius putandus est: plerique in ea quae perscrutari jucundum est incumbunt, quae vero ab aliis tractari audiunt devia et difficilia et quae summam requirant subtilitatem, ea quidem in tenebris jacere sinunt. Non improbabilis sententia, sed cui verba parum parere recte dixeris. Ipsi Plinio si alios opponis, haec efficitur sententia: plerique in ea quae perscrutari jucundum est incumbunt, devia et difficilia respuunt: quae vero id genus ante me alii tractarant et nisi summa subtilitate expediri non posse statuerunt, ea si res ipsas intueris ne minimum quidem explorata sed densis tenebris circumfusa sunt. Atque in hac sententia acquiescendum puto.
- incerta ingenii facta*. In genia quum dicit Plinius, mentem et cogitationem intelligi vult eorum qui ad rerum perscrutationem accesserunt: neque obscurum est, quomodo cogitatio res incertas reddere possit. Nihil de suis addere, sed talem quamque rem qualis natura est cogitatione percipere ardua res et olim fuit et nunc est. Quo facilius et olim factum est et nunc fit, ut rebus substituantur opiniones et conjecturae opinionumque commentis quae pervestigandae sunt res huc illuc trahantur.
15. *omnibus vero — omnia*. Naturam nunc Plinius propriam cujusque rei et insitam vim intelligit, nunc rerum quas circum se habent homines universitatem. Ardua sane res est cujusque rei naturae satisfacere, quod facile immiscetur opinionum commenta, ardua item universitati rerum, quod in tanta copia facile unum alterumve praetermittitur.
18. *cum somno valetudinem computamus*. Facile apparet hoc sibi Plinium velle „tantum dormio quod ad valetudinem satis sit“: verba ipsa si intueris, hoc dicit: somnum computandae valetudinis participem facio h. e. somno hoc tribuo, ut audiam quid valetudini debeam perpendens.
19. *quibus de causis — scribimus*. Cave ne ita verba interpreteris, quasi nihil ipse ausus promittere Plinius Titum pro se promittentem faciat indeque operis fiduciam capiat, quod de illo non ipse sed Titus promittat. Repugnant enim quae sequuntur: *multa valde pretiosa ideo videntur, quia sunt templis dicata*. Haec ipsa verba satis docent quod praedicatur a Plinio Titi auxilium hoc esse, quod dedicari sibi naturalis historiae libros concesserit. Itaque hoc ipsum non ad promittendi verbum referendum est, sed ad continua *quod ad te scribimus* h. e. quod tibi dedicare libros licet.
- nos quidem — Bassi*. Ut habeas quomodo Plinius a naturalis historiae libris ad alterum opus transierit, haec fere audi: neque primum nunc operam meam tibi dicavi, immo multo ante idem feci.
23. *ut vel lactis — haustum*. In proverbio fuisse lac gallinaceum pro summae opulentiae indicio Strabo testis est (XIV, 630), qui quam opulenta Samus insula sit cognosci posse dicit *ἐκ τοῦ τοῦς ἐπαινοῦντας μὴ ὀκνεῖν ἐφαρμόττειν αὐτῇ τὴν λέγουσαν παροιμίαν ὅτι γέρει καὶ ὄρνιθων γάλα*.
24. *nostri grossiores — Flextabula*. Inter festiviores Romanorum titulos praeter Antiquitates Exempla Artes refert Plinius Bibaculi Lucubrationem et Varronis Sesculixem cum Flextabulis: a communibus illis, quorum supersedit auctores nominare, ad eos transit qui peculiare quiddam habere visi sunt hisque addit auctorum nomina. Atque Bibaculum suo quodam jure Lucubrationem inscripsisse dicit, ut qui bibaculus non modo nomine sed etiam re fuerit: non minus tuta a vituperatione Varronem Sesculixem et Flextabula praestare. Lucubrationis auctorem intelligendum esse Furiam illum Cremonensem, quem Horatius ob turgorem castigavit, Tacitus et Quinctilianus ob jamborum acerbiteriam

notarunt, cum ceteris omnibus statuit Janus, sed idem tamen a Plinio non *Bibaculum* sed *Vivaculum* dictum esse contendit. Non ita repugnant libri, quoniam a librariis *b* et *v* litteras saepissime inter se permutatas esse constat. Neque repugnat Plinii sententia, modo *vivaculum* praeunte Jano intelligas, qui pluribus quam ceteri horis vivat vel vivere cupiat insumta in studia qua ceteri dormire solent noctis parte. Sed repugnat aliud. Non contendit Janus quod exspectes, omnes *Furios* qui *Bibaculi* cognomine appellari soleant *Vivaculos* appellandos esse, immo *Furiae* gentis proprium fuisse *Bibaculi* cognomen et hunc ipsum *Furium Bibaculum* cognomine appellatum esse cum ceteris omnibus concedit: *Vivaculum*, si Janum audis, Plinius suo ut ajunt Marte hoc loco *Bibaculo* leni mutatione supposuit, ut industrii et laboriosi hominis nomen ad mores ejus accomodaret. Hoc si Plinius voluisset, aut sic scribere debebat „puto quia quum *bibaculus* vocaretur *vivaculus* erat“, aut sic „puto quia *vivaculus* et erat et appellari debebat“. Ut nunc sunt verba, cognomen praebet Plinius, quo *Furius* ille revera appellatus, non quod pro moribus mernisse visus est. *Furiae* gentis si *Bibaculi* cognomen proprium fuit, omnes autem fuisse concedunt, non dubito equidem quin hoc loco *Bibaculus* retinendus sit. *Sesculixem* similiter Varro finxit atque *Bimarcum*, qui ipse quoque in satirarum titulis est. *Ulixem* utrum erroribus jactatum an vafrum et callidum intellexerit, incertum est: sed quum fragmentorum pars ad peregrinationem, pars ad philosophorum praecepta pertineat, non improbabilis est conjectura, finxisse Varronem qui longe lateque peregrinatus sit, ut summum illud bonum inveniret philosophorum dissensionibus obscuratum. Quod si statuis, *Sesculixes* non a calliditate repetendus est, ut praeunte Popma placuit Rothio, sed ab errorum diuturnitate, ut habeas cum Mommseno (*Hist. R. III* p. 584) qui non decem sed quindecim annos peregrinatus sit. *Flextabula* (h. e. *flexstabula* ut existo exspecto exto pro exsisto exspecto exto) composita esse puto ex flexu et stabulis et in contrariam partem dicta quam Plautus (*Aulul. 2, 2, 55*) *stabile stabulum* dixit. Quum alter titulus sit *περὶ ἐπαρχῶν* h. e. de provinciis, haud scio an ideo Varro *flextabula* inscripserit, quod qui provincias administrabant proconsules et propraetores non certam in iis sedem tenuerunt, sed ut negotia ferebant hic illic versati sunt. Quae exstant satirae fragmenta tam pauca sunt tamque exigua, ut quemadmodum Varro de provinciis dixerit ne conjecturam quidem facere liceat.

28. *ut obiter — dixerim.* *Homeromastigis* nomen olim *Zoilo* inditum ita in suum usum convertit Plinius, ut non *Homeri* sed *optimi* cujusque vituperatorem intelligi vellet. *Adversarios* suos rectius se *optimi* cujusque quam sui vituperatores nominare posse dicit.

29. *adversus — feminam.* *Adversus Theophrastum* scripsit *Leontion*, quae *Epicuri* amica fuisse traditur: cf. *Cic. N. D. I, § 93. Diog. Laert. X, 23.*

A. Haacke.

Quaestiones Horatianae.

Sat. I, 1, 108 sqq.

*Illuc, unde abii, redeo: nemo' ut avarus
Se probet ac potius laudet diversa sequentes,
Quodque aliena capella gerat distentius uber,
Tabescat, neque se majori pauperiorum
Turbae comparet, hunc atque hunc superare laboret.*

Praeter hanc lectionem nemo ut duae reperiuntur: quam complures codices habent nemo ut et quam unus Blandinius praebet qui nemo ut. Illa autem nemo ut a viris doctis, qui nuper hunc locum explanaverunt, jure mihi videtur improbari. Formula enim Illuc, unde abii, redeo ea est, quae verba, quibus poeta, unde abierit, explicat, cum indignatione quadam dici non patiatur. Quamobrem Krügerus, Wüstemannus, alii scripturam nemo ut in textum receperunt, particulam ne dicentes hiatus vitandi causa a librariis textui insertam esse, hiatum autem, quod syllaba posterior vocabuli nemo ut longa sit, ferri posse. Sed his quae refragentur, esse mihi videntur. Ac primum quum vocalem o, qua substantiva terminantur, nonnunquam corripitur constet, hiatum inter verba nemo ut concessum esse negaverim. Jam vero quod illi particulam ne a librariis interpositam esse dicunt: crederem, si inserta illa particula verborum sententia integra ac perspicua maneret. An eorum est depravare sententiam, qui rem curent metricam? Quod autem codex Bland. habet qui nemo ut, a Reisigio et Meinekio probatur. Ac Reisigius quidem poetam Illuc, unde abii, redeo. Qui? Nemo ut avarus se probet scripsisse putat, vocem qui interpretans wie so? in wie fern? Quam ad rationem quominus accedam, est, quod impediatur. Verba enim illuc redeo videntur postulare, ut potius quo? quam qui? quaeratur. Atque in iis, quae Reisigius scribi jubet, contortam inesse sententiam, indicio videtur esse, quod eorum, qui post Reisigium hunc locum explicare conati sunt, quod sciam, nemo ejus rationem secutus est. Meinekio autem scribi vult: Illuc, unde abii, redeo, qui nemo ut avarus se probet. Ne haec quidem Horatium scripsisse arbitror, sive Meinekio ea in hanc sententiam qui nemo, quia avarus est, se probet accipi jubet, id quod ego credo, sive idem valere vult quod qui, ut avarus, sic nemo se probet, id quod propterea propono, quod Binderus locum nostrum sic interpretatus est:

*Jetzt kehrt ich zurück zum Verlassenen, dass, wie der Geizhals,
Keiner sich selber gefüllt, nur Andres Verfolgende preiset.*

Poeta enim, quoniam ad eam quaestionem, quam initio satirae proponit, unde fiat, ut nemo sorte sua contentus vivat, homines propterea, quod avaritia impulsus nunquam in quaesitis acquiescant, sortis suae poenitere respondet, illic, unde abii, jam demonstravit neminem avarum se probare. Hanc autem sententiam verba ut nemo avarus se probet, non verba qui nemo ut avarus se probet expriment. Igitur in his qua ratione nemo, quia avarus est, se probet quae Horatii est sermonis subtilitas desiderari videtur. Haec vero qua ratione, ut avarus, sic nemo se probet plane ab iis abhorrent, quae Horatius demonstravit.

Quae si recte exposita sunt, quum, quae codices habent, non esse probanda perspicuum sit: nihil relinquitur, nisi ut, quid Horatius scripserit, conjiciatur. Ac Döderlinus nemoque ut avarus legendum esse censet; quam ad conjecturam stabiliendam haec disserit: Die Lesart des Bland., in welcher das sinnlose qui aus einer Versetzung von que entstanden scheint, führt auf das richtige: nemoque ut. Ich kehre zu meinem Ausgangspunkte zurück und zu der Darlegung, wie wenig irgend ein Geiziger Zufriedenheit genießt. Verba illa und zur Darlegung ambigua sunt. Aut enim idem valent quod et ad ea, quae expositurus sum, aut significant et ad ea, quae exposui. Sed ad ea, quae exposituri sumus, non redimus, sed transimus. Accedit, quod in iis, quae sequuntur, non exponitur ut nemo avarus se probet. Itaque verisimile est Döderlini verba in hanc sententiam accipienda esse: et ad ea, quae exposui. At vero, ut nemo avarus se probet, illic poeta exposuit, unde abiit. Igitur particula que non modo supervacanea esse, sed etiam a poetae sententia abhorreere mihi videtur. Quamobrem quod mihi occurrit ut nemo unus proponere audeo. Quod cur probabile videatur, nunc ostendam. Ac primum videamus, si illa Horatii verba sunt, quomodo ex hoc fonte, quae in codicibus sunt, manare potuerint. Fac librario indiligenti accidisse, ut pro ut nemo unus scriberet ut nemonus: non mirum est, si haec qui legebant alii alia ratione emendaturi in ea, quae codices habent, mutaverunt. Mitto quaerere, quid spectantes mutaverint. Nam plus, credo, ad confirmandam, quam proposui, conjecturam auctoritas valebit Livii, apud quem verba nemo unus aliquoties ita juncta reperiuntur, ut vis negationis adjecta voce unus augeatur. Afferam unum locum nostro simillimum, qui est l. XXVIII c. 35: cupere se illi populoque Romano operam navare ita, ut nemo unus externus magis enixe adjuverit rem Romanam. Quidni Horatius in sermonibus, quos ipse repentes per humum appellat, vocabula nemo unus consociaverit? Ut autem particulam quid loco nostro valere velim, intelligi poterit ex his duobus locis: Caes. b. G. I, 43 Docebat ut omni tempore totius Galliae principatum Aedui tenuissent. Horat. Sat. II, 3, 315. Matri denarrat, ut ingens belua cognatos eliserit. Quemadmodum enim illud Docebat, ut — Aedui tenuissent idem fere est, quod Docebat — Aeduos tenuisse: sic inter ut nemo se probet et neminem se probare non multum interesse existimo. Ac si audieris verba quo loco docui, ex quibus ut conjunctio pendeat, hanc sententiam habebis: Illuc, unde abii, redeo, quo loco docui neminem unum avarum se probare.

Sat. I. 7, 1—22.

<p><i>Proscripti Regis Rupili pus atque venenum Hybrida quo pacto sit Persius ultus, opinor Omnibus et lippis notum et tonsoribus esse. Persius hic permagna negotia dives habebat 5 Clazomenis, etiam lites cum Rege molestas, Durus homo atque odio qui posset vincere Regem, Confidens tumidusque, adeo sermonis amari, Sisennas, Barros ut equis praecurreret albis. Ad Regem redeo. postquam nihil inter utrumque 10 Convenit: — hoc etenim sunt omnes iure molesti, Quo fortes, quibus adversum bellum incidit. inter</i></p>	<p><i>Hectora Priamiden animosum atque inter Achillem Ira fuit capitalis, ut ultima divideret mors, Non aliam ob causam nisi quod virtus in utroque 15 Summa fuit; duo si discordia vexet inertes, Aut si disparibus bellum incidat, ut Diomed Cum Lycio Glaucō, discedat pigrior, ultro Muneribus missis — Bruto praetore tenente Ditem Asiam, Rupili et Persi par pugnāt uti non 20 Compositum melius cum Bilho Bacchius. in ius Acres procurrunr, magnum spectaculum uterque. Persius exponit causam.</i></p>
---	--

Verba Ad Regem redeo (v. 9) quam maxime offendunt, quum poeta non ad Regem redeat, sed quae uterque litigator in iudicio locutus sit, narret. Ac ne hic quidem Rupilius prior verba facit; nam Persius exponit causam (v. 22). Quibus de causis quum nomen Regem non ferendum videatur, scribi velim Ad rem jam redeo. Profecto poeta, quoniam initio satirae omnibus lippis notum esse dixit, quo pacto Persius Regis pus atque venenum ultus sit, ad rem

redit, quum pergat: Postquam nihil inter utrumque convenit — in jus acres procurrunt. Non continuo tamen legentium satis facit curiositati, sed verbis Postquam nihil — convenit parentheses subjicit, qua, tamquam de re agat gravissima, causam afferat, cur homines illi litigiosi in gratiam redire non potuerint. Quae autem parenthesi illa continentur, in quam sententiam accipienda sint, inter commentatores non convenit. Longum est omnium sententias proponere satisque habeo exponere, qua ratione Heindorfius, Krügerus, Döderlinus, Reisigius, viri doctissimi, locum nostrum tractaverint. Ac primum Heindorfius verba hoc etenim sunt omnes jure molesti, quo fortes, quibus adversum bellum incidit sic conjungit: omnes, quibus adversum bellum incidit, hoc (eodem) jure sunt molesti (inter se), quo fortes; quae ita interpretatur: alle kriegführenden Mächte (scherzhaft schliesst dies hier auch die Zänker und Haderer ein) haben dasselbe Recht einander molesti zu sein, welches sie haben tapfer zu sein. Wer ihnen das Recht zugesteht tapfer zu sein, muss ihnen auch jenes zugestehen, einander das Leben schwer zu machen. Quid? Omnibus hominibus molestis num jus fortitudinis, ut ita dicam, merito conceditur? Nonne multi sunt ignavi? Age porro: quo jure Heindorfius interpretationi suae verba ebendasselbe et einander inseruit? De Heindorfii interpretatione satis dixisse mihi videor. Deinceps videndum est, quam Krügerus loci nostri tractandi inierit rationem. Hic omnino Heindorfium secutus molestus idem valere quod implacabilis dicit. Quae autem ejus sententia sit quo facilius intelligatur, ipsius verba afferam: Subject ist omnes, quibus — incidit: als solche werden hier Rupilius und Persius betrachtet, wie ein Paar tapfre Kämpfer, und selbst dem Achilles und Hector gleich gestellt. Solche aber sind mit dem nämlichen Rechte unversöhnlich, mit welchem sie tapfer sind; je tapfrer also desto unversöhnlicher. Haec proxima verba je tapferer, desto unversöhnlicher Krügero persuasum esse probant jus eandem vim habere quam rationem vel portionem: quam quidem in ea voce significationem inesse negaverim. Sequitur, ut, quemadmodum Döderlinus hunc locum tractaverit, dicam. Interpretatio autem ejus haec est:

*Wieder zurück auf Rex! Nachdem sich ein friedlicher Austrag
Zwischen den beiden zerschlug, — weil jeder Krakeler dieselbe
Denkart hat wie Heroen, die gleich an Kraft sich beföhden —*

quam sic explanare conatus est: Das Subject ist omnes, nämlich litigatores, inter quos non convenit, und dessen Prädicat ist molesti. Gegen den Vorwurf der Hartnäckigkeit nimmt Horatius den Rupilius und Persius und überhaupt alle, die in einen Process verwickelt sind und sich nicht vergleichen wollen, in Schutz, ironisch, wie sich versteht. Jeder Haderer hat eben so viel Recht auf seiner Ansicht zu bestehn, als der berühmteste Kriegsheld; denn der Eigensinn ist rein aristokratisches Vorrecht grosser Seelen, obschon er nur bei diesen als Charakterstärke bewundert, bei kleinern Menschen aber als Hartnäckigkeit gescholten wird. Haec ut, quae ille interpretatus est, confirmet, tantum abest, ut ab iis abhorrere videantur. Nam qui haec weil jeder Krakeler dieselbe Denkart hat wie Heroen cum Horatii verbis comparaverit, Döderlinum putabit verba latina sic jungere: omnes molesti (subjectum) sunt hoc jure, quo fortes, quum in iis, quae annotavit, conjungi jubeat omnes sunt hoc jure molesti (praedicatum). Praeterea cur verba gleich an Kraft interpretationi inseri oportere Döderlinus censuerit, prorsus non intelligo. Restat, ut quae Reisigii sententia sit, videamus. Qui quidem haec dicit: Das Recht, dass nämlich kein Vergleich zu Stande kommt, haben alle diejenigen, welche einander beschwerlich sind, sowie die Tapfern das Recht haben, dass nur der Tod sie scheidet. Quae ut ego omnia fere probabilia esse arbitror, ita illa verba dass nämlich kein Vergleich zu Stande kommt quam acerrime impugno. Hoc enim pronomen, ut meam sententiam nunc proponam, ad verba, quae sequuntur inter Hectors — ultra muneribus missis referendum mihi videtur. Nam, quanti ad consuetudinem moresque intersit, quod quisque jus obtineat, respicientem vocabulo jure Horatium hic usum esse mihi persuasi. Quamobrem poetam hanc sententiam exprimere

voluisse puto. Ratio hominum molestorum eadem est quae pugnantium. Horum autem talis est ratio. Duo viri fortissimi, ut Achilles et Hector, usque eo inter se dimicant, donec alter occidatur, id quod fit, quia in utroque summa virtus est; quod contra, si duo inertes inter se discordent, pigri discedant (id quod poeta ex verbis discedat pigrior, quae sequuntur, colligi voluit), aut si duobus disparibus bellum incidat, ut Diomedi et Glaucō, pigrior discedat. Quoniam autem inter Rupiliū et Persium nihil convenit, hi neque illis, qui pugnam timent, neque Glaucō, qui cum Diomede in gratiam rediit, sed Achilli et Hectori, inter quos ira capitalis fuit, conferendi sunt.

Sat. I, 6, 1—22.

*Non quia, Maecenas, Lydorum quidquid Etruscos
Incoluit fines, nemo generosior est te,
Nec quod avus tibi maternus fuit atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint,
5 Ut plerique solent, naso suspendis adunco
Ignotos ut me libertino parte natum.
Quum referre negas quali sit quisque parente
Natus, dum ingenuus; persuades hoc tibi vere,
Ante potestatem Tulli atque ignobile regnum
10 Multos saepe viros nullis maioribus ortos
Et vixisse probos amplis et honoribus auctos;*

*Contra Laevinum, Valeri genus, unde Superbus
Tarquinius regno pulsus fuit, unius assis
Non unquam pretio pluris licuisse, notante
15 Iudice quo nosti populo, qui stultus honores
Saepe dat indignis et famae servit ineptus,
Qui stupet in titulis et imaginibus. Quid oportet
Nos facere a vulgo longe longeque remotos?
Namque esto, populus Laevino mallet honorem
20 Quam Decio mandare novo, censorque moveret
Appius, ingenio si non essem patre natus:
Vel merito, quoniam in propria non pelle quiessem.*

In his versibus, quos ad explicandum difficillimos esse constat, difficultatem existimo inesse maximam, quam nemo, quod sciam, adhuc attigit. Verba enim vv. 14 sqq. notante iudice — imaginibus cum iis, quae proxime antecedunt, recte conjungi negaverim. Nam primum, si verum est, id quod dubitari vix potest, Horatium Maecenati laudi tribuere, quod Laevinum, hominem abjectis moribus, etsi nobili genere natus sit, tamen pro nihilo putandum esse sibi persuaserit: quid ad laudem Maecenatis interest, utrum populus Laevinum notet necne? Deinde quoniam statuente verba notante populo ad superiora referenda esse, etiam populum statuamus necesse est a poeta laudari, quod, quanquam indignis honores dare soleat, de Laevino idem iudicium atque Maecenas fecerit: num verisimile est poetam uno spiritu populum et laudare et reprehendere voluisse? Ribbeckius quidem, vir doctissimus, haec notante populo illis viros — amplis et honoribus auctos respondere sic demonstrare conatus est¹⁾: Non eo tantum (quod viros honoribus auxerit v. 9—11) idem atque Maecenatem sensisse populum intelligitur, sed eo etiam, quod nullius pretii homines vel generosissimos, ut Laevinum, in deferendis honoribus praeterierit, quamvis ceteroquin stupeat titulos et imagines. Sed populo quae fuit illis temporibus virorum honoribus augendorum potestas? Nulla, opinor, aut certe minima. Accedit, quod, si quidem verba v. 19 Namque — novo in hanc sententiam, quae plerisque arridet, dicta sunt Namque, si ego meique similes honores peteremus, populus Laevino nos posthaberet, Horatius inter se pugnantia dicit. Quae enim ratio inter sententias intercedit hasce: Populus Laevinum notare solebat et Populus Laevino quam Decio novo honores mandare mallet? Postremo si, quemadmodum vulgo fit, verba jungimus, hanc habemus contortam sententiam: Vere tibi persuades Laevinum populi iudicio non unius assis pretio

¹⁾ Comment. indici scholarum in academia Kiliensi per semestre hibernum 1863—1864 habitatum praefixa.

unquam pluris fuisse. Quam sententiam improbens Wüstemannus non tibi vere persuades audit, sed probe scis. Quasi vero poeta putaverit in judiciis faciendis Maecenatem judicia respexisse populi.

Quae quum ita sint, adducor, ut verba notante iudice, quo nosti, populo — quid oportet nos facere a vulgo longe longeque remotos una comprehensione amplectenda esse credam. Aliqua ex parte quae Herbstius in *Lectionibus Venusinis*¹⁾ de loco nostro disputavit, eam sententiam quam proposui, confirmare possunt. — Verba, inquit ille,²⁾ Quid oportet nos facere ad ea, quae proxime antecedunt, non ad primariam sententiam pertinent. — Quae quam in sententiam dicta sint, ex his intelligitur, quae, quid Horatius initio satirae ostendere voluerit, demonstraturus³⁾ dicit: Tu quidem, Maecenas, ... vere tibi persuades jam ante Servium multos fuisse, qui nullis majoribus orti sola virtute ad summos honores ascenderent; populus vero, minus morum probitatem quam nobilitatem generis admirari solitus, saepe indignis honores defert dignosque, nisi iidem sint honestis parentibus nati, negligit ac spernit. Quid oportet nos facere, qui a vulgo longissime dissentientes non stupemus in titulis et imaginibus? Ad quae addit: Errant, qui sententiam ita procedere putant: Quum aliquando indignos homines quamvis nobilissimos vel ipse populus contemnat: quid oportet etc. Haec videntem virum doctissimum miror non vidisse, si verba notante iudice — imaginibus his quid oportet continuarentur, non modo eam, quam vellet, effici sententiam, sed omnia etiam multo melius se habere. Primum quidem mihi videtur dicendum esse, quid verbum notandi hic significare putem. Simillimus locus invenitur Horat. Sat. II, 3, 246 Sani ut creta, an carbone notandi? quem Persius 5, 108 ita imitatus est: Quaeque sequenda forent quaeque evitanda vicissim, Illa prius creta, mox haec carbone notasti? Ut vero Horatii verba l. l. idem valent, quod sani an insani iudicandi, et a Persio notare is dicitur, qui dijudicat, quae sequenda sint, quae evitanda: ita nostro loco notare populum significare videtur eum, qui decernat, honorum petitores dignine an indigni sint, qui honores adipiscantur. Quam vim in verbo notandi hic inesse facile etiam ex apposito iudice colligi potest. Priusquam autem reliquas rationes subjicio, quibus sententiam meam arbitror confirmari: de totius satirae argumento breviter disseram. Quum Horatius, quid demonstrare voluerit, extrema in satira dicere mihi videatur⁴⁾: totum sermonem censeo duabus partibus constare, ut priore parte poeta se a misera ac prava ambitione vacare, posteriore autem fortuna condicioneque sua se contentum esse demonstret. Haec posteriore parte doceri, quibus rationibus confirmari possit, exponere longum est. Illud tantum moneo eas, quas dixi, partes scite junctas esse. Quoniam enim poeta, quod Maecenati placuerit, causam patrem fuisse dicit, patre laudato v. 89 commode adjungit: Nil me poeniteat sanum patris hujus. His vero et subsequentibus verbis sortis suae se non poenitere demonstrat. Quod autem poetam priore hujus sermonis parte se a misera et prava ambitione liberum esse explicavisse dixi: prava eum ambitione se solutum esse docuisse nunc ostendam. Sunt quidem, qui dubitent, utrum v. 51 sq. verba prava ambitione procul ad cautum, an ad dignos referenda sint, quod non modo ii, quos Maecenas amicos assumpserit, recte dicantur prava ambitione procul esse, sed etiam Maecenas ipse prava ambitione vacare dici possit. Sed vel eorum, qui illa prava ambitione procul ad Maecenatem revocanda esse censent, vix quemquam puto esse, qui poetam, quem admodum in Maecenatis amicitiam venerit, ea mente exponere neget, ut se a prava ambitione

1) Sunt in progr., quod a. 1848 Gedani prodiit.

2) P. 25.

3) P. 28.

4)

Haec est

Vita solutorum misera ambitione gravique;

His me consolor victurum suavius ac si

Quaestor avus pater atque meus patruusque fuisset.

abesse doceat. Reliquum est, ut illud demonstrum, initio hujus satirae a poeta doceri se a misera ambitione h. e. ab honorum cupiditate vacare. Id non difficile est ad demonstrandum, si conceditur verba illa notante — longeque remotos una comprehensione amplectenda esse. Quod si statueris, hujus partis orationem sic procedere reperies.

Tu quidem, Maecenas, non homines ignotos, ut me libertino patre natum, contemnis. Quod autem negas referre, quali quisque parente sit natus, dummodo ne servus vel libertus sit: in hac es sententia, quoniam tibi persuades Romae jam antiquissimis temporibus multos viros probos virtute sua honores summos consecutos esse proventusque in nobilitatem: contra Laevinum nobilissimo genere natum nullius unquam fuisse pretii.¹⁾ Sed quum penes populum, qui in titulis imaginibusque stupet, iudicii dicendi est potestas: quid oportet me²⁾ facere populo ignotum? Non me oportet populo de me iudicii dicendi copiam facere. Nam,³⁾ si facerem, populus Laevino quam mihi, etiamsi Decius novus essem, honorem mandare mallet, Appiusque censor, quia

¹⁾ Verba Laevinum — unius assis non unquam pretio pluri licuisse alii aliter explicant. Paene omnes tamen consentiunt Laevinum a poeta significari mortuum. Ribbeckius quidem haec dicit: ne Laevinum viventem commemorari crederemus Kirchnero cautum est, ni fallor, perfecto licuisse. Quod perfectum cur impediatur, quominus illud credamus, plane non intelligo. Quum de Laevini vita nihil compertum habeamus, nisi quae apud Horatium h. l. legimus et quae Porphyrius retulit (Laevinum adeo foedis ac projectis in omnem turpitudinem moribus vixisse, ut proveli non potuerit ultra quaesturae dignitatem): ex solis Horatii verbis dijudicari potest, quando Laevinus vixerit. Omnia vero poetae verba, quae ad Laevinum pertinent, si Laevinum, quum haec satira conscripta sit, inter vivos fuisse statuamus, multo rectius se habere arbitror, quam si eum illo tempore jam mortuum fuisse putemus. Si enim, id quod infra probare conabor, poeta v. 20 se ipsum Decium novum nominat: cum vivente Laevino v. 19. sq. se comparet necesse est. Licuisse autem perfectum non obstat, quin Laevinum viventem ab Horatio commemorari credas, dummodo audias quam pro moribus suis aestimandus sit. — Unquam vocem Marklandus contendit supervacaneam esse. Sed mihi videtur poeta ejus temporis, quo Laevinus quaestura fungebatur et ad summos honores pervenire posse videbatur, ratione habita unquam addidisse, ut totam sententiam hanc esse opiner: Tibi persuades Laevinum, nobilissimo genere natum, non uno asse ne tum quidem, quum homo quaesturam gereret, pluri fuisse, quam pro moribus suis aestimari debeat.

²⁾ Si non conceditur poetam nos remotos pro me remotum dixisse, quod nequaquam ab Horatii consuetudine abhorret c. Od. II, 17, 32: hoc certe, si v. 21 ingenue si non essem patre natus et v. 22 quoniam in propria non pelle quiessem respexeris, concedes eum v. 18 de se potissimum locutum esse. Atque iisdem, quae modo protuli, verbis poetam ipsum Decium novum intelligendum esse mihi videtur probari. Sed cave, ne, quae versibus 19 — 22 continentur, Horatium serio dixisse putes. An censet poetam, qui iis temporibus vivebat, quibus multi humili loco nati iidemque improbi ad summos honores pervenirent et dignitate senatoria essent, serio veritum esse, ne, si honores peteret, repulsam ferret neve de senatu moveretur? Veram autem causam, cur honores non petierit, quum quae fuerit non pauci loci doceant, supersedeo dicere.

³⁾ Verba Namque esto, quum ab usu loquendi prorsus abhorreant, nego ab Horatio scripta esse. Esto enim imperativus, quoniam concedentis est, hic significet necesse est: concedatur me honores petere oportere. Quod si ita est: num illam vocem particulae namque subjici licet? Inseri quidem esto sententiae potest, sed ei tantum, quae, quod conceditur, continet, ut est apud Virg. Aen. VII, 313 sqq. Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis, Atque immota manet fati Lavinia conjux: At trahere atque moras tantis licet addere rebus. Quomodo Horatius imperativo illo usus sit, ex his locis intelligetur. Sat. II, 1, 83. Si mala condiderit in quem quis carmina, jus est iudiciumque. Esto, si quis mala. Sat. II, 3, 65. Integer est mentis Damasippi creditor? Esto. Sat. II, 2, 30. Imparibus formis deceptum te patet. Esto! Unde datum sentis, lupus hic Tiberinus, an alto Captus hiet? Ep. I, 17, 37. Sedit, qui timuit, ne non succederet: esto. Quid, qui pervenit, fecitne viriliter? Ep. I, 1, 80. Verum esto, aliis aliis rebus studiisque teneri; iidem eadem possunt horam durare probantes? Qui loci omnes quantum a nostro differunt! Esto igitur rejiciendum esse arbitratus conjicio Horatii verba fuisse Nam incesto. Quod adjectivum a sententia poetae non alienum esse mihi videtur. Quum enim Decius constet summa viros fuisse integritate, homo integer incesto hic similiter opponitur atque Od. III, 2, 30. Saepe Diespiter neglectus incesto addidit integrum.

in majores meos inquirens patre non ingenuo me esse natum cognosceret, vel merito de senatu me moveret, quoniam in propria pelle non quiessem. Poeta igitur Maecenatem de se judicantem opponens judicium dicenti populo, quum in hujus judicii discrimen sese commissurum esse neget, ab honorum cupiditate se abesse demonstrat. Quae quanta incommoda non modo ignotis, sed generosis etiam afferat, postquam vv. 23—44 ostendit, ad se, quem rodunt omnes libertino patre natum redit, ut non prava ambitione ductum ad Maecenatis amicitiam se arrepsisse, sed ab amicis commendatum ejus gratiam virtutibus suis sibi conciliasse doceat.

Sat. II. 3, 28—30.

*Emovit veterem (morbum) mire novus, ut solet, in cor
Trajecto lateris miseri capitisve dolore,
Ut lethargicus hic cum fit pugil et medicum urget.*

In his verbis inesse patet sententiam: Emovit veterem morbum novus, ut veterem novus emovere solet, cum in cor lateris miseri capitisve dolor trajicitur, ut veterem novus emovere solet, cum lethargicus fit pugil et medicum urget. Nonne ab hac sententia figura, quam anaphoram vocant, abhorret? Quod quidem conjecit Döderlinus et in textum recepit *Ut lethargicus*, hinc cum fit pugil, et medicum urget, non melius se habere mihi videtur. Sententia enim, quam ille in eo, quod recepit, inesse vult, haec est: Mire veterem morbum emovit novus, ut lethargicus ipsum medicum urget, cum ex lethargico phreneticus fit. Quum neque haec, neque quae vulgata sunt, mihi satis faciant: ut in aut mutari velim. Quod si feceris, existet haec sententia: Mire morbum veterem novus emovit, ut, cum in cor lateris capitisve dolor trajicitur, aut cum lethargicus pugil fit et medicum urget, novus morbus veterem emovere solet.

Sat. II. 3, 296—299.

*Haec mihi Stertinius, sapientum octavus, amico
Arma dedit, posthac ne compellarer inultus.
Dixerit insanum qui me, totidem audiet atque
Respicere ignoto discet pendentia tergo.*

Etsi omnes interpretes concedunt totidem non cum substantivo conjunctum nusquam reperiri, plerique tamen hic ferri posse putant. Döderlinus solus huic loco conjectura mederi conatur, sed ita proposita, ut vereri videatur, ne pauci ea opus esse opinentur. Ipsa autem illius verba haec sunt: Wenn die Stelle unverderbt ist, so bezieht sich totidem auf einen Plural convicia, welcher in insanum verborgen liegt. — Der Sinn könnte aber auch der sein: qui me insanum dixerit, audiet, totidem insanias (oder insaniae documenta) pendere tergo ignoto, atque pendentia respicere discet. Wer beides zu hart oder zu künstlich findet und einen correcteren, klareren Ausdruck wünscht, der dürfte etwa lesen: Dixerit insanum qui memet, idem audiet. Sed cur Döderlinus vim pronominis me augendam esse censuerit, nec ipse docuit, nec mihi est perspicuum. Immo superiora illa ne compellarer inultus videntur postulare, ut Damasippus cum magna vi affirmet non impune eum facturum esse, qui se insanum dixerit. Itaque scribi malim pol idem: quam conjecturam stabiliri puto Ennii loco, qui est A. I. 122. Nec, pol, homo quisquam faciet impune.

Th. Hertel.

Dr. Martin Luther's Aufenthalt in Torgau.

Diese kleine Schrift soll Ihnen, hochwürdiger Jubilar, ein äusseres Zeichen der innigen Hochachtung sein, die ich unwandelbar für Sie hege seit jener Zeit, wo ich unter Ihrer Leitung an dem hiesigen Gymnasium bereits als Lehrer thätig war. Sie ist hervorgegangen aus den in der Gymnasial-Bibliothek vorhandenen handschriftlichen und gedruckten Nachrichten aus dem Zeitalter der Reformation, die sich hauptsächlich vorfinden in: M. Michael Böhm's, ehemaligen Rector's zu Torgau, schriftlich hinterlassener Chronik, M. Joh. Theod. Lingke's, Archidiaconus zu Torgau, Schriften über Luther's Geschäfte und Andenken zu Torgau und Reisegeschichte, ferner in den Tischgesprächen Luther's, den Briefen Luther's und Melancthon's, den Torgauer Rath's- und Gotteskastenrechnungen u. a. Urkunden. Ich habe gerade diese einzelnen Züge aus dem Leben Luther's, dessen edler Character in allen Verhältnissen hervortritt, darzustellen unternommen, weil ich weiss, dass Sie die Eigenschaften des Geistes und Herzens, welche der grosse Reformator, der Mann des Glaubens und der That, in sich vereinigte, nach Ihrer ganzen Sinnesart am höchsten schätzen. —

*Die Stätte, die ein guter Mensch betrat,
Ist eingeweiht; nach hundert Jahren klingt
Sein Wort und seine That dem Enkel wieder.*

Goethe's Torq. Tasso.

Das kühne öffentliche Auftreten Dr. Martin Luther's in Wittenberg gegen den Missbrauch des Ablasses fand sofort in Torgau vielfach die freudigste Zustimmung. Schon im Jahre 1518 predigte auch hier der Franziskanermönch Valentin Thaum öffentlich in der Klosterkirche gegen den Ablass, worauf dann die reine Lehre des Evangeliums bald immer mehr Eingang fand. In den folgenden Jahren erhielt Torgau immer grössere Bedeutung für die weitere Entwicklung der Kirchenreformation, da hier die sächsischen Kurfürsten sehr oft mit dem ganzen Hofe ihren Aufenthalt nahmen, in Kirchen- und Staatssachen Berathungen hielten und wichtige Beschlüsse fassten. So beschieden die Kurfürsten Johann und Johann Friedrich den Reformator oft hierher, um ihn in Sachen der Religion, so wie in anderen wichtigen Angelegenheiten zu Rathe zu ziehen. Bei dieser Gelegenheit trat Luther in nähere Bekanntschaft mit den Geistlichen, dem Magistrate und anderen angesehenen Personen der Stadt, wodurch er bei der Nähe von Wittenberg auch oft veranlasst wurde Torgau zu besuchen. Mit Sicherheit kann nachgewiesen werden, dass er sich in der Zeit von 1519 — 1546 37 mal in Torgau aufgehalten hat. Es findet sich nirgends eine Andeutung, dass derselbe vor dieser Zeit schon hierher gekommen sei, obwohl die Vermuthung nicht fern liegt, dass er in Vertretung des Generalvicars Staupitz, der nach Rom gereist war, auf einer Inspectionsreise, die sich auf mehr als 40 Augustinerklöster erstreckte, auch Torgau besucht habe. Aus einer Aeusserung Luther's in einem Briefe vom 16. December 1516 lässt sich auch wohl annehmen, dass er vor 1519 hier gewesen sei. Er schreibt nämlich: Sum actor

causarum Herzbergensium in Torgau — und will damit sagen, er sei in Torgau Sachwalter des Augustinerklosters in Herzberg, welches in Torgau ein Haus besass, worin sich ein Ordensbruder aufhielt, um in der Stadt Almosen zu sammeln. Luther hatte manche Streitpunkte in Bezug auf die Rechte des Klosters mit dem Magistrate zu Torgau auszugleichen.

Die erste Anwesenheit Luther's in Torgau, welche sich bestimmt nachweisen lässt, fällt in das Jahr 1519. In der Rathsrechnung d. J. wird nämlich eine Ausgabe für Wein und Meth aufgeführt mit der Bemerkung „dem Doctor Martino geschenkt, als er hier gepredigt hatte“. Luther war vielleicht nach Torgau gereist, um mit den Kurfürstlichen Räthen über eine zweite Zusammenkunft mit Herrn von Miltitz, die am 8. Oktober d. J. in Liebenwerda stattgefunden hat, zu verhandeln.

Im Jahre 1522 finden wir Luther in Torgau den 24. April auf einer Durchreise nach Herzberg, wohin ihn nebst Begleitung der Rath der Stadt mit sechs Pferden bringen liess. Die Gewogenheit, welche hierin, so wie durch Geschenke an Wein und Bier, der Rath zu Torgau für Luther kund giebt, lässt annehmen, dass sich die Bewohner der Stadt, mit wenigen Ausnahmen, der neuen Lehre bereits angeschlossen hatten. Auf dieser Reise soll Luther auch Belgern besucht und daselbst gepredigt haben. Ende April begab er sich nach Zwickau, wo er am 1. Mai vor 14,000 Menschen eine Predigt vom Rathhause zum Fenster hinaus hielt, und kehrte dann über Borna, Eilenburg und Torgau nach Wittenberg zurück.

Aus dem Jahre 1523 meldet die Rathsrechnung, dass dem Dr. Luther Wein geschenkt worden sei, als er am 8. August hier eine Predigt gehalten habe.

Im Jahre 1525 um die Mitte des Monats Januar flüchtete Luther vor den Nachstellungen eines Meuchelmörders nach Torgau. Es finden sich manche glaubwürdige Nachrichten, dass von Seiten der Papisten dem Reformator nach dem Leben getrachtet worden sei. Aus Breslau und Halberstadt waren ihm schon 1520 Warnungen zugekommen, er solle sich hüten, seine Feinde wollten ihn durch einen Arzt umbringen lassen. Auch wird berichtet, ein italienischer Bandit sei bei ihm erschienen, um ihn zu ermorden, habe aber nach näherer Bekanntschaft mit Luther seinen Vorsatz aufgegeben und ihn gewarnt; in Worms sollen die Papisten bemüht gewesen sein, ihn durch ein Glas Wein zu vergiften. Matthesius, ein Schüler und Tischgenosse Luther's, erwähnt auch die Begebenheit aus dem Jahre 1525 in seinem Buche „Historien u. s. w. Nürnberg 1570“; er lässt Luther selbst folgendermassen erzählen: „Etliche Bischöfe ausserhalb des römischen Reichs halten mit dem Juden Michel von Posen einen heimlichen Rath, dass er mir Gift beibrächte, und versprechen ihm tausend Gulden. Ob nun gleich nur vier Personen an diesem geheimen Schalksrath Theil genommen hatten, so liess mich doch einer von ihnen durch eine namhafte Stadt warnen, welche mir Namen, Gestalt und Anschlag des Juden anzeigte, der Willens wäre, sich bei mir als einen Wundermann von vielen Sprachen und grosser Erfahrung auszugeben und mit mir zu essen. Ueber Tische wolle er mit einem vergifteten Bisamknopf spielen, ihn in seinen Becher fallen lassen und diesen mir zur Hälfte reichen, sich aber wolle er zuvor mit Gegengift verwahren. Diese Warnung blieb mir wichtig, auch wurde einige Zeit ein Wächter am Kloster gehalten. Jetzt kömmt ein Jude, der vorgiebt, er wolle zu Wittenberg die Bibel in etlichen Sprachen drucken lassen. Vieles in meinem Warnungsbriefe trifft bei diesem Juden ein, bis auf die Haare, die gelb sein sollten, aber bei diesem schwarz waren. Darum lässt man diesen Juden zu einem Barbier führen und seine Haare mit scharfer Lauge waschen, um heraus zu bekommen, ob er sie etwa mit Zigeunerfarbe geschwärzt hat. Der Wäscher hält so sehr an, dass der Jude darüber unwillig wird; aber die Farbe wollte nicht ausgehen, und darum lässt man von dem Juden ab. — Nach sieben oder acht Jahren, als die ganze Geschichte beinah vergessen und ich meinen Warnungsbrief verloren hatte, kömmt der wahre Jude, meldet sich mit seiner Sternseherkunst bei Herrn Philippus an; dieser bittet mich zu sich, den fremden Wundermann zu hören. Ueber Tisch sprach der Jude wie ein Gelehrter, und wie ein erfahrener Abenteurer; er erzählte viel von der Religion der Türken, der Indier, der Armenier und viel anderer Nationen, und fügte hinzu, weil er so verschiedenen Glauben gesehen,

so habe er auch Wittenberg besuchen wollen. Er meldete mir auch, dass er in meinem Hause mit mir Schach spielen wolle; so hatte er Alles mit Fleiss, wie Herodes, zuvor ausgekundschaftet. Wir gehen nach Hause, und wie ich auf die erste Stufe meiner Wohnung trete, fällt mir ein: wie? wenn das der Jude wäre, vor dem ich bin gewarnt worden? Ich bin noch des Glaubens, mein guter Engel hat mich daran erinnert. Ich suchte den Brief, fand ihn nicht, doch fiel mir Manches ein, das ich an dem Juden zu finden glaubte. Am andern Morgen früh reise ich nach Torgau, befehle den Meinigen, Niemanden in meiner Abwesenheit auf meine Stube zu lassen. Der Jude kommt des andern Tags, aber man lässt ihn nicht ein. Während dess wird die Geschichte ruchbar, man fängt an zu murmeln, es sey der gedungene, meuchelmörderische Jude angekommen. Das hört der Jude und verliert sich in wenig Tagen.“

